

*B.M. II. 121.*

*Quod faustum esse jubeat Iehova!*

*h. 29, i. 4.* EXERCITIUM ACADEMICUM

PK  
5210

# FORO LEGA- TORUM,

*Quod*  
PERMISSU

*#P. 10.*

## Magnifici JCtorum Ordinis

in Illustri hâc Brandenburgicâ

P R A E S E S

## OTTO HEINRICUS LIB: BARO à FRISEN,

IN

AUDITORIO JCATORUM

D. 30. April: Anno M DC LXXVII.

PUBLICO AC MODESTO ERUDITORUM  
EXAMINI SUBMITTIT  
RESPONDENTE

## Caspar Heinrich von Benefendorff /

Eq. Neo-March.

---

*Francofurti cis Viadrum,  
Literis FRIDERICI EICHORNII.*

(X187788A)

8.1.





# Lect. Bcnev.

**G**OD in Vita communi præcipuis annumerandū est felicitatib⁹, posse convenire in vicem, deg⁹ negotiis hinc inde emergentibus disponere, ea prœcujuscung⁹ commoditatibus tractare, contrahere, s̄g obli-gare, & iterum a Contractu pro circumstantiarum vari-atione recedere, obligationemque dissolvere: Id inter Res pp. tanto eminentius videtur, quanto Salus publica privatæ præferri debet; Qvod licet majores hæ Societates æque congregari nequeant, ac persona cum persona solet, commoda tamen nihilosecius ad inventa est ratio, communicationes negotiorum inter certas Resp. promo-vendi, earumque prospiciendi necessitatibus. Scilicet constituuntur certæ personæ, quæ negotia suæ Reipp. man-dato ejus, penes Exteros aliasque Respublicas tractare tenentur; Unove nomine LEGATI dicuntur. Quem-admodum vero eorum munus ob uberrimam ejus utilita-tem augustissimum est, sic prorsus, ut nihil in illos com-mitti queat, cuius non sensus plenissimus in totum Reip. suæ corpus redundet: ita etiam omnes fere Gentes in eo consenserunt, ut summo illo charactere insigniti, qua-cunque etiam sancti inviolabilesque sint. Nec levius Crimen, Legatum violare, quam Majestatem, a qua esse suum habet. Nota bæc sunt, æque ac quæstio: an inviolabilitas Legatorum tutos quoque eos præstet a poenis, si deliquerint? Aperit desuper suam mentem Grotius, aliisque post eum, omnes tamen addentes, suis ) ( 2 impli-

implicatam manere difficultatibus Quæstionem. Agnoscamus lubentes, vix certo decisam illam unquam fore, cum res non ab una seu altera Imperiali voce determinanda veniat, verum a tot, quot moratores Gentes alit Orbis, resolvenda sit decidendaque. Interim tamen arrisit nobis per compendium Quæstionem hanc reassumere, ac premendo Clarissimorum Commentatorum vestigia publice ventilando periclitari, quænam Rationes, pro an contra immunitatem Legatorum afferri solitæ, fortiores sint preponderentque? Est equidem non ita pridem, quod Disputationem spe nostra prolixiorem de Potestate Principis extra Territorium publicæ lucide dimus; Jam Theses easque saltem paucas euulgamus. Et qui vel potuissemus, vel quid necesse fuisset etiam verbosum esse? Non enim nisi ante biduum, postquam disputare denuo decrevimus, manum admovimus operi; nec alia quoque arrepti consilii ratio, quam ut inter studia, quibus hic loci per quadriennium litavimus, valdiceremus Universitati. Erit Ergo brevitati sua excusatio, erit f̄ mihi, si non ad cujusque palatum bæc fuerint. Tu bone JESU mibi adesto!

Ante-



**A**ntequam dicamus, de quibus loquamur LEGATIS, afferendum, de quibus non sentiamus. Et certe longe absent, ut de DEPUTATIS hic sermocinemur. Hi enim uti ab inferiore ad superiorem, sicque non ad parem, quod necessarium Requisitum ducimus, ablegantur: Sic neque eodem Jure cum illis censeri possunt. Unde & isti sibi imponent, qui Legatos secundum Jura Romana judicandos putant: cum in Corpore Juris non nisi de Deputatis Municipum agatur; ab his vero ad veros Legatos non satis valide quis argumentetur.

II.

Cum iis ergo Legatis nobis hic res, qui à Superiore nō agnoscente mittuntur, seu à summo imperante, in quantum summam potestatem mittendi habet ad summum imperantem. Deque his quæstio: coram quo forum sortiantur? Est vero forum sortiri, vel ratione *Delicti* vel ratione *Contractus* conveniri.

III.

Varia sunt Delicta, quibus se polluere potest Legatus. Potiora sunt, quando vel Delictum commune perpetrat, vel contra suum Principem ac Principalem in specie committit, vel contra Principem ad quem missus est.

IV.

Communia si admittit delicta, in genere quidem sciendum est, in Delictis de Jure stricto Locum Delicti forum esse competens, nec ordinarie excusare Dignitatem Patrantis, qui propter quæ per Reatum exulat. An vero idem in Legatis obtinet, de hoc dubium; & videtur, quod non. His enim uti publica, de securitate, fide ab admittente Rep. cautum est, ita iniqüum foret, ob vulgaria facinora pœnisse eos velle subjicere. Non ea nostra est sententia, quasi impunitos velimus Legatos, sed quod hic loci, ubi publicam, mittentisque suæ Reip. personam gerunt, ob publicum respectum haud debeant puniri. Hinc consultum, ut si leviora sint Crimina, dissimulentur, sin atrociora, quæ tamen in privatorum saltem injurias vergunt ac damna, remittatur ad eum, qui misit, cum elogio, & postulato, ut vel puniatur, vel dedatur. Præsertim cum eorum persona Gentium

tium Jure sancta inviolabilisq; ex præscripto Juris Civilis con-  
veniri judicarique nequeat; ac 2. etiam nemo nisi à superiori  
puniri possit, quem Legatus hac in Rep. non agnoscit, utpote  
ad parem missus. &c. V.

Idem verum manet, Legatum non posse puniri à Rep. ad  
quam, si contra suum Principem, instructionis suæ fines vel ne-  
gligendo vel autoritatem ejus prostituendo, vel aliter delique-  
rit; cum enim nullum interesse habeat, nec ipsa læsa sit, utiq;  
nec pœnas exigere poterit.

VI.

At vero in Tertio casu, quando in ipsam Remp. ad quammiss⁹  
injurius fit Legat⁹, seu etiam Statum publicum turbat, valde du-  
bium, an remittendus, an hic potius puniendus veniat. Et di-  
stinguendum inter Crimina, quæ directo Statum ac Dignitatem  
Imperantis lœdunt, e.g. si vel seditiones cieat, vel ipsi vitæ Prin-  
cipis insidietur; & non tantum tunc puniri, sed etiam occidi  
poterit Legatus, cum Reip. intersit, Eversores Rerump. quam  
celerrime è medio tollere; nec fidem datam publicam alle-  
gare possit, qui indignum ea se reddidit, quique fidem ipse non  
servavit, cum nec major securitas Legato à Principe ad quem, quā  
ipsi Principi eum mittenti, debeatur: Et inter Crimina, quæ  
Statum directo non turbant, sed quibus saltem principem, quo-  
ad personam ejus, injuriosis forsitan verbis, infestavit; & tunc  
iterum satius ager, si ad principalem ipsum remittat, utque ille  
de eo pœnas sumat, urgeat.

VII.

Debet autem Crimen, cuius arguitur Legatus, ac ob quod  
in loco Legationiis pœnas luit, adeo manifestum esse, ut ipse  
vel negare nequeat, vel apertis convinci testimoniis possit.  
Præsumptiones enim Criminis saltem si adsint, convenientius  
exesse statim jubebitur ex illis terris, quam ut Processui subji-  
ciatur. Recte quoque ager Princeps, si in casum infligendæ  
Legato pœnæ, de delictis, & quod promeritus sit, suppicio ad-  
vertat alterum Principem, à quo missus Legatus, quo sic aper-  
tum fiat, non secundum priyatos affectus sed justitiæ dictamen  
eo casu procedi,

Hæc-



## VIII.

Hæcque putamus quoad delinquentem Legatum. Quoad *contrabentem* generalius affirmaverimus, ipsum non facile in foro Legationis conveniri, seu quoque arrestari posse, quod facile hinc publicis, quæ tractat, negotiis mora injici, totique Reip. exinde damnum accrescere possit; quamvis fortean Jura Romana circa Deputatos distinguant, an tempore Legationis, an ante illud contraxerint, de quo forte postea: Juri Gentium non arbitramur cognitam hanc distinctionem, sed illud potius velle, ut in ordinario foro conveniatur, ne arrestando eum retardentur publica.

## I X.

Addendum est aliquid de Legatis, quatenus in Jure eorum mentio fit, seu de *Deputatis*: quibus in genere concessum est beneficium revocandi Domum per L. 2. §.3. ff. de *Jud.* quod non ex Jure Gentium sed Civili eos habere puto.

## X.

Si etiam ratione Delictorum & Contractuum illos considerare velis: quoad *Delinquentes* non dubium, quin coram suo Principe, ad quem missi, forum sortiantur, cum ipsi subjecti sint. Nisi beneficium primarum Instantiarum allegare velis, cui tamen in delictis locum non esse in vulgus notum. Quoad *contrabentes* videndum, an ante Legationem contraxerint, & tunc itidem durante Legatione molestari non poterunt. d. l. 2. §.4. de *Jud.* ob publicum favorem. Contra si tempore Legationis se Legatus obligavit, statim conveniri potest, seq; ab obligatione liberare tenetur. L. 25. ff de *Jud.* Quod si vero Legatione defunctus in loco adhuc per tempus constiterit, de Contractibus quoque ante cœptam Legationem celebratis, jure tenebitur: cum ratio jam impedimenti cesset.

*Et bæc sunt, quibus te adbuc voluimus L. B. non ut tanquam infallibilia ea afferremus, sed quo essent, quæ disputandi, eo que nos met ipsos informandi materiem præberent. Tu ea boni consule, neque nos tam à doctrina, quam discendi cupidine aestimas, Nobisq; fave.*



# COROLLARIA.

I.

*J*us Canonicum Germanos obligat, non quia tale, sed quareceptum, nec ullam inde in Germanos auctoritatem praetendere valet Pontifex.

II.

*5210* Benedictio Sacerdotalis ut adhibetur matrimonio, non liberius arbitrii est, sed in Conscientia unusquisque ad eam adhibendam obligatus est.

III.

*F*elonia, ob non petitam justo tempore Investituram commissa, juste a Domino feudi remittitur, quamvis Agnati contradixerint.

IV.

*M*atrimonium ad Morganaticam contractum pro injusto matrimonio non reputandum, quamvis Liberi a successione tam feudali quam allodiali excludantur.

V.

*N*epos Electoris ex Primogenito, fratri ejus in Successione omnino preferendus.

VI.

*P*acta de futura Successione moribus licita reddi potuerunt. Hinc nihil illiciti continent Pacta Confraternitatis familiarum Illustrium.

VII.

*S*pecies Juris in re sive unam sive quinq<sup>u</sup>admittamus, in effectu nihil interest.

IX.

*D*ebitor etiamsi de Debito ante 40. annos contracto interpellatus non sit, non poterit tamen bodie præscriptionem allegare.

X.

*S*ortis judicium in Successione Principum, de quibus non constat, quis prior natus, cetera si sint paria, legitime adhibetur.

XI.

*R*etorsio injuriarum remedium est & Civili Romano & moralijure illicitum: Et quamvis moribus quadam tenus recepta, peccat tamen Judex qui eam oblatam in judicio acceptat.

(O)

VD77

N.M. II. 121. 5  
h. 29, 14. EXER

**FO**

# Magr

OT  
LI

D. 3  
PUBLIC

# Gaspar



The image shows the title page of an old book. The title "ICUM" is at the top left, followed by "GA." Below that is a large, stylized "P." with a diagonal line through it, and to its right is the number "10.". The word "dinis" appears below the "GA.". The word "EUS" is on the left, and "N," is partially visible below it. At the bottom left is "ndorff /". A green oval stamp in the upper right corner contains the letters "II K" and the number "5210". Handwritten numbers "8.1." are at the bottom center.

